

mediocri, plurimum ^{d)} liberalis, humilem se prebens ^{e)} omnibus atque modestum, mansuetus ad omnes, neminem expetens ad vindictam, pius in pauperes, benignus in ecclesias et in cleram, pecuniis subditorum ^{f)} et eorum exactionibus non avide ^{g)} intendebat. Quapropter licet ipse in fine sui regiminis ecclesiam dimiserit debitis pregravatam, ^{h)} terram tamen ⁱ⁾ atque patriam tam in clero quam in populo reliquit feliciter opulentam. Fuisset itaque ^{k)} de multis ^{l)} laudabiliter commendandus, nisi sua quandoque consilia ^{m)} personis levibus credidisset.

Recens. I.

Wilhelmus pontifex Coloniensis ^x L. VII.
Quinquagesimus septimus in ordine
rexit pontificalem cathedram Coloni-
ensis ecclesie sedens sub imperio ⁿ⁾ Caroli
IV. imperatoris annis 12 mensibus 9 et
diebus 15 venerande memorie dignus
presul Wilhelmus. Hic de domo no-
bilitum de Genepe oriundus, canoni-
cus Coloniensis et Sasariensis pre-
positus, cessante quidem electione ^{o)} cap-
^{hili} ^{capit} te ^{o)} per reservationem apostolicam de
ecclesiis cathedralibus illis tempori-
bis usitatam per Clementem papa-
m VI. in Romana curia presens fuit in
Coloniensem archiepiscopum ordinatus.
Iste dominus Wilhelmus quamvis

Recens. II.

Wilhelmus.

Eodem siquidem post obitum prefati
domini Walrami archiepiscopi anno,
cum ecclesia Coloniensis per quatuor
menses cum dimidio iam vacasset,
nulla interim electione facta propter
reservationem sedis apostolice de pon-
tificalibus dignitatibus dudum fa-
ctam, dominus Clemens papa VI. or-
dinavit in archiepiscopum Coloni-
ensem nobilem dominum Wilhelmum
de Genepe, canonicum et thesaurari-
um Coloniensem et Sasariensem quoque
prepositum in Romana curia per-
sonaliter tunc presentem, virum
quamvis non multum prorecte

d) plurimi 3. e) prebens se 4.4.4". f) et subditorum 4.4.4". g) caude 3. h) peregrinatam 1. i) tamquam
deest 2. k) Fuissetque 1. l) de multis deest 3. m) concilia 1. n) imperatore 3. o) per 2. 4.4.4". p) illo tempore 4.4.4".
q) Roma 5.